

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Hebraica

Majus, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, 1716

Observationes

[urn:nbn:de:bsz:31-295282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295282)

(0)

M. GEORGII CHRISTIANI BÜRCKLINI
OBSERVATIONES.

UT pateat, quid a nobis in editione hac sit præstitum, sequentia
adjicere necessarium duximus.

§. I. Notas marginales *Clodianas* ex impressis Codicibus, cent
variantes Lectiones, omnes, utpote exigui vel nullius usus, expunxi-
mus, veraque & analogica ubique fere lectione unica sumpsimus contenti.

§. II. Diversam interdum capitum distinctionem, quam *Clodius* an-
notavit, quæque in citatis ex nominatis Codicibus Dicitis est utilis, reti-
nuimus, licet *Jablonski* & *Opitius* eam, tanquam sibi forte superfluum vi-
sam, omiserint.

§. III. Voces Hebraicas atque Chaldaicas ἀπαξ ἢ δις λεγόμεναι inquisi-
vimus omnes in *Buxtorfi* atque *Noldii* Concordantiis, ad easque, insigni-
tas simplici vel duplici crucis signo, interpretationem latinam, ex S.
Schmidio desumptam, addidimus, quæ memoriae lectorum omnium haud
parum inferviet.

§. IV. Cum autem tam *Clodius* primum, quam post eum *Jablonski* at-
que *Opitius* *Leusdenianam* editionem posteriorem de A. MDCLVII. sibi
selegerint in impressione adhibendam, *Leusdeniusque* Analogiæ Gram-
maticæ & Accentuationis non satis gnarus extiterit, hinc factum, ut mul-
tis sphalmatibus & marginalibus notis, quas olim nos pro Masorethicis
habuimus, triumviros hosce seduxerit, qui ea in exemplaribus suis non
correxerunt.

§. V. Possimus itaque, si vellemus, quamplurimis exemplis demon-
strare, quod *Jablonski*, quæ in *Clodio* nostro culpavit, ea ipse fecerit, vide-
licet, quod plurima, quæ stylum censorium in *Leusdeniana* editione merebantur,
intacta præterierit, quod *Masoram* non ubique, ubi tamen necessarium erat,
contulerit, quodque penitentiore Accentuationis nec *Profasice* nec metricæ cog-
nitione fuerit imbutus: id quod ex sequenti industria nostræ specimine
ex singulis libris sæpe apparebit.

Gen. I. 21. ad vocem למינרם addidimus notam מסר, cum *Onkeloso*,
Samaritano, LXX. & *Arabe*, adeo ut nomen sit plurale non singulare, quem-
admodum *Schickardus* in Institutionibus suis Hebr. putavit; idem quoque
præstitimus ad Gen. IV. 4.

Gen.

)() ;

JUV 21

M. G

Gen. XXVI. 22. verbum רָבִי ceu Milel accentuavimus ex Codice Wittebergensi de A. 1587. quod iridem in pluribus ejusdem formæ verbis fecimus ob analogiam Grammaticalem ordinariam, de quibus aliisque egimus in Præfatione nostra ad Genesin separatim A. 1714. impressam, nec non in Clave nostra Masorethica, seu Explicatione Accentuum, vocalium & vocum restitutarum in editione hac nostra adhibitarum, quam interferuimus *Joh. Leusdeni* Clavi Hebraicæ & Chaldaicæ eliminatæ & accommodatæ Hebr. Bibl. Editionibus *Clodii*, *Hogibii*, *Jablonski*, *Opitii*, *Michaelis*, cum primis autem Francofurtensi *Andreanæ*, quæ ætate præfenti prelo submittetur, ut lectores omnes omnia exempla in eadem inquirere possint.

De vocibus : $\text{וְאוֹתוֹרֵד אֶלְפִים וְשֵׁשׁ מֵאוֹת וְתִשְׁעִים וְחָמֵשׁ}$, Genesios clausulæ à Masorethis adiectis, quas *Leusdenius*, *Jablonski*, *Opitius* & *Hallenenses* omisere, in clausula Præfationis nostræ ad Genesin Hebr. lectorem jam monuimus.

Exod. V. 15. vocem penultimam פָּה cum codice quodam citato in Notis Hallensibus, ob præcedentem Accentum distinctivum, cum Dagesch expressimus, quamvis etiam Codex noster MSStus Durlacensis illud omiserit.

Lev. XI. 43. ad voc. penultimam וְנִטְמָתָם apposuimus ex Masora notam סֵרֵר quam omnes impressi codices neglexerunt.

Num. XVII. 11. וְיָתֵן cum Hallensibus ex *Michal Japhi* punctavimus cum Segol, licet codices nostri impressi omnes habeant Zerc.

ib. XX. 13. verbum רָבִי vt Gen. XXVI. 22. cum accentu in penultima correximus. Confer sis supra ad c. l.

ib. XXXV. 35. commatis hujus numeratio est superflua in Codicibus impressis, cum in Hebræo desit.

Deut. IV. 19. ante verbum וְרֵאִיתָ omissus vitio correctoris Gaia cum Masora est supplendus, licet *Jablonski* & *Opitius*, decepti à *Leusdenio*, illum omiserint.

ib. VI. 7. in voce Milel בְּבִיתָךְ *Jablonski* & *Opitius*, cum *Leusdenio* suo errante, unicum tantum appoluerunt Paschtam, quod in quamplurimis aliis quoque fecere, nos autem ubique duplicem addidimus.

ib. XXIII. 8. Dagesch vitiosum ex *Leusdenio* ab Hallensibus in voceultima retentum, nos cum *Jablonski* & *Opitio* expunximus.

Jos. V. 6. lin. 5. verbum primum à *Jablonski* & *Opitio* cum Pashta notatum, ex *Genevensi* & *Veneto* Codicibus nostris, per *Kadmam* imprimi curavimus.

ib. VIII.

ib. VIII. 28. lin. 2. vox secunda **חַרְל** à Münstero bene sine Dagesch expressa, in nostra æque ac aliis editionibus est corrigenda.

Jud. VII. 6. in voce penultima lin. 2. **כַּרְבִּיָּהוּם** τὸ כ reliquimus Dagesch cum *Veneta*, quia præcedens Scheva non ortum est ex vocali longa, quanquam *Jablonski* & *Opitius* illud non habeant.

ib. XVI. 13. lin. 3. **י** in **חַרְבֵי** cum occurrat post Scheva ex Cholem, ideo Münsterus bene sine Dagesch notavit, quod *Buxtorfius*, *Genevensis*, *Venetus*, *Jablonski* & *Opitius* neglexerunt.

ib. XIX. 9. ad vocabulum ultimum adjici in margine curauimus **חֹסֶר י** ex Masora, quod Münsterus in textu habet ex Deut. XVI. 7. Hinc *S. Schmidtus* in Bibliis suis Latinis, refragante punctatione, singulariter vertit: *tenitorium tuum*.

1. Sam. XIII. 2. voci ultimæ lin. 1. *Jablonski* & *Opitius* cum *Leusdenio* suo male attribuerunt Pascham pro Kadma.

ib. XIV. 40. lin. 2. vox 1. **יִשְׂרָאֵל** in editione nostra cum *Veneta*, *Genevensi* & *Buxtorfiana* convenientius sensui & accentuum consecutioni possidet Rebhiam, quam Sakeph-katon cum *Jablonskiana* & *Opitiana*.

2. Sam. I. 26. Pathach quod deprehenditur in vocabulo ultimo lin. 1. **נִפְלְאוּתָהּ** originem suam habet in *Jablonski* & *Opitio* à spuria nota Masorethica, quam *Leusdenius* editioni suæ adiecit. *Genevensis* codex noster possidet melius omnino Kamez. De quo vide sis *No'dii* notas ad Concordantias suas p. 954. & adde Clavem nostram Masorethicam.

ib. XII. 30. vocem secundam lin. 2. **וּמִשְׁקָרָהּ** cum *Genevensi*, *Veneto* & *Buxtorfiano* Codicibus accentuavimus cum Kadma, non cum Rebhia, prout *Jablonski* & *Opitius* fecere, quod nobis accuratius videtur.

ib. XVII. 16. lin. 3. vox prima in editione *Berolinensi* & *Kiloniensi* affecta est forma oppido vitiosa **עֵבֹר** pro **עָבֹר**, quam nos cum aliis bene, uti speramus, expressimus.

1. Reg. VII. 45. Dagesch in voce ultima lin. 2. quod ad **כַּתִּיב** non apposuisse *Jablonski* & *Opitius*, ad **קָרִי** autem omnino est necessarium, nos ex editionibus *Genevensi* & *Veneta* restituumus.

ib. VIII. 29. Vocabulum secundum **עֵינֶיךָ** *Jabl.* & *Opit.* sine nota dimisere; nos ex *Buxt. Venet.* & *Genev.* adjecimus notam marginalem **י חֹסֶר**.

ib. XIX. 18. Vocem penultimam *Jabl.* & *Opit.* ex *Leusd.* nota marginali supervacanea affecere **מַרְעֵ**, cum ob accentum distinctivum haud debeat esse **מַרְעֵל**.

2. Reg. XVII. 24. τὸ **וּמִסְפָּרוֹיִם** notatum cum **קָרִי** *Jablonski* & *Opitius* omisere notandum cum Dagesch in **ס**.

Jes. III.

Jes. III. 17. Münsterus solus vocem penultimam קָדְמָה juxta analogiam Grammaticalem punctavit cum Segol, reliqui, quos nos inspeximus, cum Zere.

ib. V. 29. קָדְמָה editiones Berol. & Kil. ex Leusd. contra sensum tribuerunt Paschtam pro Kadma.

ib. X. 6. lin. 2. vocis ultimæ formam absolutam קָדְמָה Jabl. & Opit. haud bene impressere cum Patach in fine, quod editio Francof. ad Oder. correxit.

Jes. XXXIII. 1. lin. 2. In קָדְמָה Münsterus, Genevensis, Veneta, Francof. ad Od. Jablonski & Opitius pessime reliquere Dagesch, quod Buxtorfius expunxit. Vide sis de hac voce Spicilegium nostrum vocum nominalium & difficiliorem V. T.

ib. XLV. 8. D in voce quinta lin. 2. קָדְמָה Jabl. & Op. male notarunt cum Dagesch.

Jer. II. 5. Vocabulum quartum קָדְמָה Jablonski & Opit. ex Leusd. haud bene accentuarunt cum Paschta pro Kadma.

ib. IV. 13. Tonus vocis antepenultimæ lin. 2. in nostra editione debet esse in penultima cum Veneta, secus ac editiones aliæ omnes hic & alibi in tertia plurali Præteritorum Verborum Geminatorum possidet. Quod vitium commune hic semel notasse nobis sufficiat.

ib. V. 7. Sensus aperte monstrat vocem antepenultimam lin. 2. קָדְמָה non posse scribi per שׁ, quod Münsterus, Jabl. Opit. aliique habent, sed per שׁ, ut Hutterus, Genev. & Münsterus in versione, bene observarunt.

ib. XLV. 5. Vocem primam lin. 2. קָדְמָה Münsterus solus bene sine Dagesch reliquit, quod alii vitiose possident.

ib. LI. 56. D prius in vocabulo antepenultimo קָדְמָה quemadmodum & reliquas literas Begadkephath post Scheva ex vocali longa ortum ubique reliquimus sine Dagesch. Alii codices interdum illud retinent, interdum omittunt.

Ezech. IV. 14. In voce penultima קָדְמָה Buxtorfius solus Dagesch in כּ possidet. Reliqui & hic & alibi sæpe literis Begadkephath, sequente alia ejusdem organi, priori schevata, תּ Dagesch adimunt, nonnunquam ei tribuunt, quod ubique requirunt.

ib. VIII. 3. Vox penultima lin. 3. אֶרְדָּם in Berolinensi & Kiloniensi editionibus, contra accentuum ordinariam consecutionem, possidet Sakephaton pro Rechia.

ib. XII. 14. Jablonski & Opitius, decepti à Leusdeno, voci secundæ אֶרְדָּם male attribuerunt Paschtam pro Kadma, quem Buxtorfius & Venetus recte habent.

ib. XIV.

ib. XIV. 8. Quamvis editiones omnes vocem secundam lin. 2. וְשִׁמְרוּהָ scripserint cum שׁ tanquam à rad. שׁמם, nos cum Targum & cum sensu expressimus per שׁ, utpote à verbo שׁוּם. Quam correctionem omnium sane solideque φιλολογούντων iudicio submittimus.

Joel. II. 13. Penultimum vocabulum וְנָחַם affectum est ordinario Kamez in Part. Niphal. Hinc patet notam marginalem Jablonskianam & Opitianam קמץ בלא אסף, quam ex Leusdenio hausere, esse plane superfluum.

ib. v. 27. Vox tertia in Münstero, & editione Francofurtensi ad Od. bene caret Dagesch in prefixo ב, in Jabl. autem ac Opitio, ex Leusdenio, male habet.

ib. IV. 4. Quod si Jablonski ad vocem penultimam lin. 2. עֵלֵי aspexit Masoram, cuius neglectum Clodio nostro attribuit, punctasset eam cum Kamez, quod fecere Francos. ad Od. & Opitius, & non cum Pathach.

ib. 19. in וְדָם־נָקִי post Kamez antepenultimum longum hic & alibi ubique nos apposuimus Metheg, ne confunderetur cum Kamez-chatuph, quod alia editiones omnes non observarunt.

Obad. II. In Genevensi editione vox secunda עֲמַדָּה omnium optime est punctata sine Metheg, quam punctationem & nos retinuimus. Confer sis Spicilegium nostrum supra cit.

Mich. I. 4. lin. 2. vox 2. וְיָגֵג hic & alibi in statu absoluto à plerisque editoribus male est punctata cum Pathach, bene vero à Veneta & MSS to Durlacensi cum Kamez.

ib. III. 7. Jablonski ex Leusdenio, contra Masoram, in voce penultima מֵעֵנָה habet Segol.

ib. VII. 10. lin. 3. de voce antepenultima מְרַמֵּס, quæ alibi ubique male in statu absoluto deprehenditur מְרַמֵּס, v. supra ad Jes. X. 6.

Nah. III. 18. vox 1. est Milel, prout legitur in codice Veneto, non Milra, ut in aliis. Confer sis de ejusmodi formis supra ad Gen. XXVI. 22.

Hab. III. 6. lin. 2. vox antepenultima itidem nobis videtur melius Mil-el, quam Milra.

Zeph. I. 17. Vocem primam וְהִצַּרְתִּי debere esse Milel, secus ac alia editiones habent, notavit Pagninus in Thesouro L. H. ex Kimichio.

ib. III. 13. De Dagesch in ב vocis secundæ lin. 2., quod hic & alibi sæpe Jabl. & Opit. ex Leusdenio omiserunt, confer supra ad Ezech. IV. 14.

Hagg.

) ()

Hagg. I. 6. & 9. Notam Masorethicam in *Buxtorfio* comparentem omiserunt *Jablonski* & *Opius* ad vocem quartam *מקט* addere, quam nos supplevimus.

Zach. I. 17. l. 2. voci secundæ *הַמִּצְנָה* *Jablonski* ex *Leusdenio* male *תָּו* Nun attribuit Dagesch, quod in eadem voce cap. 13, 7. omisit.

Mal. I. 14. Forma vocis quintæ lin. 2. *מִשְׁחָת*, quæ legitur in omnibus editionibus, aperte est vitiosa. Correcta apparet in Lexico *Buxtorfiano* & *Opiiano*, licet in ipsorum editionibus Bibliorum correctæ non sit. Confer sis *Pagnini* Thesaurum aliquoties supra allegatum.

ib. II. 6. De Dagesch in *ב* vocis quartæ, quod apud *Buxtorfium* deprehenditur, v. ad *Zeph.* III. 13.

Pf. I. 1. vocem primam, quod ad accentum maxime vexatam, uti appellatur in notis ad Biblia Hallensia, *Jablonski* ex *Leusdenio* vitiose notavit cum *Munach* pro *Merca*. Quod indicio est, ipsum accentuationem metricam penitus non cognovisse, quod in *Clodio* nostro culpavit.

Pf. XIX. 14. Vocem quintam *אֶל־יְמֵשׁוּרֵי־בֵי* vitiosissime ubique in impressis aequè ac Manuscriptis codicibus possidere *Munach* pro *Merca* mahpachato, hemistichii prioris connexio docet. Observatum & notatum hoc est à *Mich.* *Beckio* in *Disquisitionibus Hermeneuticis* p. 8. & 580.

ib. XLVIII. 14. Finale *ן* in voce tertia punctavimus cum *Mappik*, non modo autoritate *Hutteri* solius in ejusdem *Psalterio*, sed etiam jubente forma & sensu hujus vocabuli.

ib. LXIIX. 3. & XCVII. 5. de forma absoluta vocis *דִּוְכָב* pro vitiosa *דִּוְכָב*, quam omnes fere editiones habent, v. supra ad *Mich.* I. 4.

ib. LXXVI. 4. Notam marginalem *Jablonskianam* & *Opiianam*, ex *Leusdenio* retentam, ad vocem tertiam *רִשְׁפִי*, quod *פ* sit raphatum, ceu superfluum, cum Dagesch affici non debeat, bene, ut vel tyrones norunt, omisimus.

ib. CXXXVII. 7. Nota marginalis ad vocem secundam lin. 2. *יְרוּשָׁלַם* cum *Merca* mahpachato notatam ostendit, nec *Leusdenium* nec *Jablonski* accentuationem metricam intellexisse, alias enim non addidissent verba *אִם בְּלֹא אֵם*, cum *Merca* mahpachatus sit *Rex major Athnach*, adeoque potius *Pathach* in *Kamez* mutet.

CXXXIX,

ib. CXXXIX. 16. דִּי קָרִי *Leusdenianum*, quod *Jablonski* & *Opitius*, more ipsis consueto, ex eodem retinuerunt, quod editio *Francofurtensis ad Od. Veneta* & *Genevensis* omiserunt, nos quoque, quia sensui est disconveniens, omisimus.

Prov. V. 9. Ad lin. 1. vocem ultimam nos addidimus ex *Masora* חֲכָרָי, quod citatae hactenus editiones omiserunt.

ib. XXVII. 1. Verbum primum lin. 2. הַדַּע nos cum *Buxtorfio* punctavimus cum *Pathach*, impressae vero nostrae editiones cum *Kamez*, quod nobis non placet.

ib. XXX. 6. Literae ultimae vocis primae הַדַּע nos curavimus imprimi דִּי *Dagesch*, quod *Opitius* editioni suae penna adjecit, reliqui autem male plane non habent.

XXXI. 17. *Genevensis* editio nostra in praefixo בִּי vocis secundae bene *Dagesch* omisit, quod nominati saepius nostri codices male apposuerunt.

In notis *Masorethicis* finalibus *Proverbiorum* medium *Jablonski* & *Opitius* cum *Leusdenio* suo omiserunt, quod nos ex *Buxtorfio* supplevimus.

Job. V. 12. In voce quarta תַּעֲשִׂינָה *Jablonski* ex *Leusdenio* omisit *Jod*, quod nos cum *Münstero* ex *Ez. 23, 48.* adjecimus.

ib. VI. 21. Vox prima lin. 2. in *Berolinensi* & *Kiloniensi* editionibus opido viriose possidet *Jod* תִּירָאִי, quod in *Francofurtensi ad Od. Veneta*, *Genevensi* & *Münstero* recte abest.

ib. VII. 15. Vox secunda cum in regimine minime sit posita, ideo legenda est מִחֲנֹק cum editionibus *Francofurtensi ad Od.*, *Genevensi* & *Münsteriana*, non מִחֲנֹק, prout *Jablonski* & *Opitius* ex *Leusdenio* eam legerunt.

Cant. V. 13. Vox prima לְרֵיבִי ex *Münstero* & *Bomberg* accuratius, ut existimamus, impressimus cum duobus *Jod*, quam cum unico, ut *Jablonski*, *Opitius* aliique eam punctarunt.

ib. VIII. 6. de antepenultimo רִשְׁוִי, quod *Jablonski* & *Opitius* ex *Leusdenio* hic cum *Dagesch* in דִּי impresserunt, *Münsterus* autem & *Buxtorfius* illud omiserunt, confer sis, quae scripsimus ad *Pf. 76, 4.*

Ruth.

X X X 2

Ruth. III. 9. lin. 2. vocem tertiam *ʒablonski* cum *Leusdenio* simplici Paschta insignivit, nos cum *Opitio*. duplici, adjecimusque notam, tanquam novam Masorethicam, **הכר**, adeoque à *Schmido* & *Noldio* in Concord. Part. p. 393. adversante numero duali singulariter est versa.

Thr. III. 22. voci primæ sapius in S. Codice eadem forma obvia, cum *Münstero* Dagesch in **ד** ademimus, quod *ʒablonski* & *Opitius* cum *Leusdenio* male ei reliquerunt. Ratio tyronibus Grammaticæ est cognita.

Eccl. I. 13. IV. 8. & V. 13. Substantivo **ענין** debitum suum *Kamez*, quod *ʒablonski*, *Opitius* ex *Leusdenio*, aliique ei ademerunt, nos cum *Münstero*, *Veneto* & MSS^{to} *Durlacensi* eidem restituimus.

ib. IX. 2. Dagesch in lin. 2. voce antepenultima **תמות**, quod *Leusdenius* ejusque imitatores retinuerunt, expunximus.

ib. XII. 1. In voce secunda **ביראיה** Jod, quod cum nova spuriaque nota Masorethica *ʒablonski* cum *Münstero* & *Hutero* superfluum judicavit, nos autoritate *Bechai* apposuimus. De quo legi omnino meretur, quod optime observavit Summe Venerandus Patronus & in JESU Parens noster D. MAJUS in Dissertationibus Sacris p. 213. l. seu in Theologia Prophetica p. 119.

Esth. III. 15. Nomen proprium **שישן**, quod codex noster *Venetus* cum *Kamez* habet, *ʒablonski* & *Opitius* male cum Pathach impresserunt.

Dan. III. 28. Vox prima in *ʒablonski* & *Hoogthio*, ex *Leusdenio* suo, pessime sub **ע** possidet Chatephpathach pro *Kamez*, **ענה** est debita forma.

ib. V. 19. lin. 3. Vocis ultimæ **מרה** formam desumimus ex *Buxtorfianâ*, *Genevensi* & *Veneta* editionibus, eamque contra formam **מה**, quæ in *Münstero*, *ʒablonski* & *Opitio* ex *Leusdenio* legitur, defendimus contra nonnullos hodiernos quoque Grammaticos.

ib. VI. 27. lin. 1. formam constructam vocis ultimæ **שרשן** deprehendimus in *Münstero*, loco vitiosæ **שרשן**, quæ legitur in *Buxtorfiano*, *Veneto*, *Genevensi*, *Berolinensi* & *Kiloniensi* codicibus.

ib. X. 17. Particula **מערה** lin. 2. accuratius scribitur cum unico Paschta in editione *Genevensi*. quam cum duobus apud *Venetum*, *Buxtorfium*, *ʒablonski* & *Opitium* ex *Leusdenio*. Cum Pathach enim esse breve communiter, bene observavit *Pagninus* in Thesauro L. Hebr. Alter Paschta in editione nostra est delendus, quia incuria correctoris remanlit.

Est. IV.

Esr. IV. 19. lin. 2. verbum primum scriptum cap. VI. 1. בְּקָרוּ hic quoque eadem forma, licet editiones omnes habeant cum Kamez in medio, est scribendum.

ib. V. 4. lin. 2. vox secunda fœminina pluralis constructa in *Buxtorfio* regulariter deprehenditur שְׂמֵהָת, pro vitiosa in aliis שְׂמֵהָת.

Neh. 1.7. Infinitivum constructum הָבֵל punctavimus analogice cum Kamez, licet alii habeant cum Chateph pathach.

ib. XII. 36. lin. 2. Nomen proprium ultimum הַקְּנִי cum editionibus nostris *Genevensi* & *Veneta* accentuavimus ceu *Milra*, non *Milel*, quod fecere *Jablonski* & *Opitius* cum *Leusdenio*.

1. Chron. II. 40. כִּסְמִי quod altera vice lin. 1. deprehenditur, cum *Veneto* & *Genevensi* potius juxta analogiam punctavimus cum Pathach, quam cum Kamez, quod fecere *Jablonski* & *Opitius* ex *Leusdenio*.

ib. XXI. 23. In voce prima וַיִּאָמֶר apertum offenditur oscitantia vitium apud *Jabl.* & *Opit.* ex *Leusdenio*, ic. Paschta duplex pro Kadma.

2. Chron. XX. 2. lin. 2. vox 6. â *Münstero* bene est punctata הָמוֹן, secus ab aliis הָמוֹן.

ib. v. 34. de הַקְּנִי v. supra ad Neh. XII. 36.

ib. XXV. 23. lin. 3. vox 4. וַיִּרְשָׁלָם contra accentuum consecutionem in *Buxtorfio*, *Jablonski* & *Opitio* ex *Leusdenio* possidet Sakeph-katonum pro Rebhia, quem editiones *Genevensis*, *Veneta* & *Anglicana Polyglotta* possident.

§. VI. Ejusmodi plura quam sexcenta ex toto Codice Hebræo possemus adducere exempla, in quibus antecessores nostris in editionibus suis partim errarunt, partim ob præstitam diligentiam laudandi sunt. Allata autem præcedentia satis superque testabuntur, nos quantamcunque potuimus, adhibuisse industriam, ut, quæ verba sunt Præceptoris nostri in Accentuatione D. *Henr. Opitii* post fata quoque venerandi, sub finem Præfationis ad Biblia Hebraica, *Textum Hebraeum purum Ecclesie sistere-remus & incorruptum*; quod num accuratius antecessoribus nostris effectum dederimus, aliis peritioribus relinquimus dijudicandum.

§. VII. De cætero, cum oculos non errantes Deus solus habeat, benevolus quivis Hebraicæ linguæ peritus Lector nobis non imputabit, sicubi sphalmata typographica offenderit. Fecimus, quod potuimus & debui-

)()() 3

debuimus. Quamlibet enim plagulam tertia vice corrigendam, quam Francofurto accepimus, tribus vicibus studio perlegimus correctamque remisimus. Si itaque non satis periti correctores in typographico omnia haud correxerunt, vitia ipsis, non nobis adscribenda.

§. VIII. Rogatos proinde volumus quam humanissime lectores omnes, ut, quaecunque deprehenderint vitia alia à nobis vel non observata, vel minus accurate mutata, ea nobiscum communicent, quæ vel in repetenda aliquando editione, vel in Bibliis nostris Tetraglottis, quæ meditamur, studiose emendaturi sumus.

§. IX. Quod si in posterum quisvis Hebraici Codicis amans, Hebraicam Linguam vel proprio facilique Marte intelligere cupiverit, ut cum Bibliis hisce nostris LEUSDENII *Clavem Hebraicam & Chaldaicam, auctam Clave nostra Masorethica, seu Explicatione accentuum, vocalium & vocum restitutarum in Editione hacce adhibitarum, (cujus supra ad Gen. XXVI. 22. mentionem fecimus) una cum Declaratione, qua ratione Lingua Hebraica intra mensis spatium, quod ad fundamenta, & intra anni tempus, quod ad soliditatem addisci possit, quæ post semestre, uti speramus, à prælo liberabitur, sibi comparet, ad extremum significamus hisce, nostrisque laboribus ut porro faveat, & incolumitatem à Cœlesti Patre nobiscum exoret, oramus.*



חמש

X X X